

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Parentes x  
cum fonte primo

Decius imperator, cum Decium filium suum imperiali dyademate proponeret insigniri, renuit filius, dicens:  
Vereor ne si fiam imperator dediscam esse filius. Malo non esse imperator et humilis filius quam imperator et filius indeuotus.  
Imperet pater meus, meum imperium sit parere humiliter imperanti.

Decius imperator cum Decium filium suum imperiali diademate proponeret insignire, renuit minor Decius, dicens:  
Vereor, ne si fiam imperator, dediscam esse filius. Malo tamen non esse imperator, et humilis filius,  
quam esse imperator, et filius indevotus.  
Imperet pater meus: meum imperium sit parere humiliter imperanti.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 47 (PL 207, col.139B).

Nam parentum affectum exuit qui mole superposita filium extinguit. Prius enim alendi et nutriendi sunt pueri et cum precesserint quos precedere debent, inuite ascendant.

(fons nondum repertus)

Valerius Maximus libro IV.